

tente id Pontifice Laurentio, sicut ipse
testatur in præfatione, in qua docet, de
propria significatione uocis symboli, &
quare Apostoli, ueram fidei confessio-
nem, ab ipsis factam, uoluerint dici sym-
bolum Apostolorum, uidelicet, quod
communicata sententia, quilibet ad id
aliquid contulerit, et in commune, uolue-
rint eorum discipulos cognosci, & dis-
cerni ab his, qui Pseudoapostolorum
doctrinam sequebantur.

III. Sed ut ad rem ueniam, is primus
articulum, Credo in Deum patrem om-
nipotentem &c. Sic exponit: Patrem
cum audis, filium intellige & patrem,
qui filius supra dictus est imago substan-
tiæ. Sicut enim nemo dicitur Domi-
nus, nisi habeat uel possessionem, uel
seruum, cui dominetur, & sicut nemo
Magister dicitur, nisi discipulū habeat:
Ita & pater nullo pacto quis dici potest,
nisi filium habens. Hoc ergo ipso nomi-
ne, quo Deus appellatur, cum patre pari-
ter subsistere etiam filius demonstratur.
Quomodo sane Deus pater genuerit fi-
lium, nolo discutias, nec te curiosius in-
seras in profundi huius arcanum, ne for-
te, dum in accessu lucis fulgorem perti-
cere.

A ij nacius